

LATINITATIS ITALICAE MEDII AEVI
LEXICON

(saec. V ex. - saec. XI in.)

CONDITUM A FRANCISCO ARNALDI

MODERANTE

PASCHALI SMIRAGLIA

CURA ET STUDIO

ANTONII DE PRISCO

HUIC FASCICULO CONFICIENDO PRAEFUIT

IOHANNES POLARA

ADDENDA - SERIES ALTERA

FASCICULUS XII

meabilis — missurius

La redazione del presente fascicolo è stata curata da Antonio De Prisco.
La selezione dei materiali utili dallo schedario del *Lexicon* è stata diretta da Pasquale Smiraglia e curata da Adele Simonetti.

Roma, settembre 2014

P. S.

M

meabilis - de gressu, facilis: ANAST. Theod. Stud. 735 D 9 gaudeas, qui (*scil.* Bartholomaeus) ab oriente ad occidentem per mare ambulasti gloriose; ... qui mare sanctificasti -ibus gressibus.

meatus - acc. pl. -os AN. EX DIV. 135, 20. — PAUL. DIAC. Fest. 112, 9 -us a meando. — Fossa: PAUL. DIAC. Hist. Lang. 51, 25 Adriaticum mare ... credibile est parvos huiusmodi occultosque habere -us. — Puteal: RATH. Prael. 232 A 12 puteus ... limpidiſsimam tam potui quam lavacro exhibet aquam et plerumque aliquid inepti prope iacet ipsum -um, quod tamen nec interdicat potum, nec inquinat lavacrum. — Transl., sensu spirit., in imag.: Ps. GREG. Exp. 485 B 2 dona ... spiritualis gratiae, quasi quaedam mamillae sunt in pectore, quae subtiliter occultis -ibus spiritualibus ministrant et nutriunt. — Meton., de ano: CASS. Hist. 955 C 3 defectus eum (*scil.* Arium) quidam cum effusione corripuit et una cum stercore -us quoque prolapsus est: 1052 C 7 fimum non per -us digestiles emittebat, sed scelestum os, quod blasphemias ministraverat, organum huius egestionis est factum.

mecastor - PAUL. DIAC. Fest. 112, 10 -or et mehercules iusiurandum erat, quasi diceretur, ita me Castor, ita me Hercules, ut subaudiatur, iuuet.

mechanisma - artificium, fabrica: CASS. Var. 41, 22 -a solum est, quod illam (*scil.* naturae potentiam) ex contrariis appetit imitari et, si fas est dicere, in quibusdam etiam nititur velle superare.

mechor - v. *A2 moechor*.

mechus - v. *A2 moechus*.

meddix - PAUL. DIAC. Fest. 110, 19 -x apud Oscos nomen magistratus est.

medecus - v. *A2 medicus*.

medela (-ll-) - *-lle* inf. — Salus, sensu spirit.: SACR. GEL. 50, 1 Deus, qui ob animarum -am ieiunii devotione castigari corpora preceperat. — In form. donationis, nota locut. *pro -a et salvatione animae*: MON. NEAP. ARCH. I 1, a. 938, 107, 4 a presenti die ... pro -lle et salvationis (*sic*) anime mee ... offero ... monasterio ... omnem meam hereditatem.

medella - v. *A1 et A2 medela*.

medeor - *-everis* pro *-eberis* AN. EX DIV. 133, 29. — Vi pass.: PAUL. DIAC. Exp. 162, 1, 13 unde unus -etur ... alter moritur. — Transl., sensu spirit.: SACR. GEL. 31, 27 Deus infinitae

miseriſcordiae, ... omnibus animarum noſtrarum -ere languoribus.

medialis - ad meridiem pertinens: PAUL. DIAC. Fest. 111, 16 -em appellabant hostiam atram, quam meridie immobilabant.

medianus - subst., digitus -us : CONCORD. 247, 18 si quis alii tertium digitum de manu excusserit, id est -um, componat sol. 5.

mediastinus - *-diestri-* inf. — GL. PHILOX. 230, 1, 28 -diestrinus: περιχύτης.

mediatio - gr. μεσιτεία, interventus, intercessio: DION. Gr. Nyss. hom. 349 C 2 cum ... coelum et terra mensuris aequis iuxta contrariam efficaciam ab invicem disparata sint, ea creatura quae in medio contrariorum est, ex parte quadam cohaerentium sibi participans, summitates divisas propria -e connectit.

mediator - interpres: CASS. Var. 32, 17 non enim aut legatus moram aut interpellans aliquam sustinet de -is tarditate iacturam, quando uterque et genuinis verbis auditur et patriotica responsione componitur. — De sacerdote: CONC. ROM. 826, 575, 4 presbyteri nullis blandiantur aut suadeantur sermonibus, ... quia, cum -es Dei hominumque existunt, in exercendis votis relaxandisque peccatis largissimam debent orationem peragere.

mediatus - de contrariis, inter quae quid medium invenitur: BOETH. Top. Cic. 1119 C 12 quae contraria sunt, partim -a sunt, partim vero medio carent. -a sunt, ut album, nigrum: est enim horum medius quilibet alius color, ut rubeus vel pallidus.

medibilis - PAUL. DIAC. Fest. 111, 1 -e medicabile.

medica - v. *A2 medicus*.

medicabilis - salutaris: RESURR. 237 vitam spirat ibi quidquid pia terra virescit / beatoque simul quidquid de germine floret / atque solum pulchrae redolet -e Cretae

medicamen - transl., sensu spirit.: RAIN. 892 E 8 qui (*scil.* pater spiritualis) solito more salubria administrans coelestium pigmentorum -a: RATH. Prael. 165 A 5 ad penitentiae -a confugiens, pro modo criminis medelam quae-ras satisfactionis.

medicatio - transl., sensu spirit.: SACR. GEL. 205, 24 Domine, quaesumus, ut quidquid in nostra mente viciosum est, sacramenti quod sumpsimus -e curetur.

medicativus - *-a*, neutr. pl., subst., medicina: BOETH. Top. Arist. 987 B 1 nihil ... prohi-

bet et audaciam quamdam et rectam intelligentiam habere ad -a.

medicina - v. *Lx* et *A2 medicina*.

medicinalis - transl.: SACR. GEL. 197, 4 tua nos, Domine, -is operatio ... a nostris pervertitibus clementer expedit: RATH. Prael. 147 A 11 quem (*scil.* libellum) mei quidem causa descriptum, ... precor, ut vocitet Agonisticum sive -em ... Nam ex uno latere te ad pugnam provocat; ex altero inflicta ab adversario plagas, fotu mirificae artis medetur et curat.

medicinaliter - transl., sensu mor.: ANAST. Ep. Theod. Papae 584, 26 vulnus latens ... adaperimus, ne in vitalia viscera serpere possit, omnem immunditiam fetidae putredinis -r exhaurientes: BERT. Barth. Lip. 40 D 4 vide eum (*scil.* Bartholomaeum) secundum allegoriam ... aliquando -r exhibita singulis passionum remedia conferentem.

medicinus - -a, subst., transl., sensu spirit.: SACR. GEL. 13, 10 praesta, quaesumus, Domine, ut quod Salvatoris nostri iterata solemnitate percipimus perpetuae nobis redemptionis conferat -am.

medico - transl., sensu spirit.: RAV. INSCR. 305, 5 Christo -ante resurget Agnellus.

medicus - -de- ROMAE INSCR. V, 13800, 2. — Subst., *animarum -us, coelestis -us*, de Deo: PS. GREG. Exp. 553 C 13 Domine, animarum debiliū velox -e, *sana me* (Ps VI, 2), scilicet interius omni vitiorum labe emunda: RATH. Prael. 214 C 9 inexcogitabilis et incomprehensibilis est bonitas -i coelestis. — -a, subst., sensu lat., de rebus personatis: CASS. Var. 353, 31 macte, indulgentia, quae solvis et praesul es. Tu patrona humani generis, tu afflictis rebus -a singularis.

mediestrinus - v. *A2 mediastinus*.

medietas - -ti- MON. NEAP. ARCH. I 1, a. 703 aut 748, 1, 4, *medie* (pro *medietate*) I 2, a. 982, 34, 7. — Nom. sing. -e CHRON. ALT. 24, 1, -em MON. NEAP. ARCH. I 1, a. 931, 54, 8. — Dimidia pars redituum rei cuiusvis: STEPH. IV 976 A 8 confirmamus autem vobis vestrisque successoribus ... -em de portione Probati castaldi. — In serm. mathem., de numeris inter binos 'limites' sive 'extremitates' certa lege atque ratione interiectis (cf. THES. s.v.): BOETH. Inst. ar. 1182 D 5 quam diapente symphoniam vocant, hemiolia -e coniungitur.

medio - intrans., in dimidio spatii temporis esse: CAP. VIRCEB. 303, 24 iam die festo -ante ascendit Iesus in templum et docebat: IOS. FL. Apion. 95, 22 alii succedentes ad sacrificia

veniunt et congregati in templum -ante die a praecedentibus claves templi et ad numerum vasa percipiunt. — De iis, quorum opera aliquid fit: CASS. Var. 149, 16 si aut eorum carpenta itinere longiore quassantur aut animalia attrita languescunt, te custode atque -ante cum possessoribus sine aliqua opprobrio mutentur.

mediocre - v. *A2 mediocris*.

mediocris - -is numerus, de modeste locum tenente inter simplicem et compositum: CASS. Inst. 134, 15 -is numerus est qui quodammodo simplex <et> incompositus esse videtur. — -is, subst., de paupere: RATH. Prael. 184 B 4 maximum quorundam tam divitum quam et -um vitium dimisi omnino. — -e, adv., mediocriter: PETR. PIS. Gramm. 168, 2 significationes adverbiorum multae sunt. Aut adverbium ... quantitatis, ut ... ample, minute, -e.

mediocritas - modestia, humilis conditio: RATH. Prael. 215 A 3 quod si -s vitae occurrit, mediocritatem poenitentiae non renuit (*subaud.* Deus), tantum ut voluntas non mediocris, sed sit immanis. — In form. modestiae, de Romano pontifice: IOH. VIII 63, 32 si pertinaciter in hac ... pervasione permanseris, ... beatorum apostolorum principum auctoritate nostraeque -is sententia, omni patriarchatus esto dignitate ... exsors.

medioximus - PAUL. DIAC. Fest. 110, 26 -um: mediocre.

meditellium - PAUL. DIAC. Fest. 110, 29 meditullium dicitur non medium terrae, sed procul a mari, quasi -um ab eo, quod est tellus.

mediterreus - PAUL. DIAC. Fest. 111, 2 -am melius, quam mediterraneam Sisenna (inc. 3) dici putat.

meditor - *meti*- GL. PHILOX. 230, 2, 11. — Vi pass.: GL. PLAC. 28, 1, 18 meditullium dicitur locus, in quo aliqua -antur sive ad docendum sive ad discendum.

meditrinalia - PAUL. DIAC. Fest. 110, 21 -a dicta hac de causa. Mos erat Latinis populis, quo die quis [primum] gustaret mustum, dicere ominis gratia: «Vetus novum vinum bibo, veteri novo morbo meo». A quibus verbis etiam Meditrinae deae nomen conceptum, eiusque sacra -a dicta sunt.

meditullium - PAUL. DIAC. Fest. 110, 28 -um dicitur non medium terrae, sed procul a mari, quasi meditellium ab eo, quod est tellus. — GL. PLAC. 28, 1, 18 -um dicitur locus, in quo aliqua meditantur sive ad docendum sive ad discendum.

medius - abl. sing. *mesu* ROMAE INSCR. VII, 17912, 4. — *-um* pro *-o* IOH. ARCHIC. 202, 1, 2. — Redund.: Ps. AMBR. GERV. 743 D 10 (martyres) in -a hac Mediolanensi urbe per decem annos in Dei servitio perdurantes. — PAUL. DIAC. FEST. 133, 1 -us fidius compositum videtur, et significare Iovis filium, id est Hercules, quod Iovem graece Δία et nos Iovem, ac fidium pro filio, quod sepe antea pro L littera D utebatur. Quidam existimant iusiurandum esse per divi fidem; quidam per diurni temporis, id est diei, fidem. — PETR. PIS. GRAMM. 168, 11 significationes adverbiorum multae sunt. Aut adverbia ... iurandi, ut Edepol, Castor, Hercle, -us fidius. — Dimidius: CASS. VAR. 278, 32 -am portionem exsecutor accipiat, quam de praeceptis regis sumere potuisset. — *-um*, subst., de tempore: MART. HIER. 2, 1, 9 qui (*scil.* Iacobus) ab Apostolis ... est ordinatus episcopus et -o Pascha martyrio coronatus; nota locutt., in -o, interea: CASS. HIST. 999 D 3 Ursacius et Valens, qui ab initio quidem Arianorum dogma tenebant; in -o autem Homousianis consenserant; *de -o*, aequaliter, non secus ac reliqui (cf. adn. ad loc., p. 558): CASS. VAR. 32, 22 Helladius de -o, voluptatem populis praestaturus, introeat, habiturus aequalitatem menstrui cum caeteris partium pantomimis. — In gramm., adi., de distinctione: CASS. INST. 145, 32 si distinctionum seriem per gradus cognitos sequeretur, primo plenam, deinde -am nequaquam ponere potuisset; fem. -a, subst., ead. signif.: 146, 2 sequitur subdistinctio, deinde -a, quae plenas semper praecedunt potius quam sequuntur: 49, 2 prima est -a, secunda subdistinctio, tertia plena; quas a maioribus nostris ideo constat inventas, ut spiritus longa dictione fatigatus vires suas per spatia discreta resumeret.

medulitus - v. *Lx* et *A2 medullitus*.

medulla - acc. pl. -a (vel potius pro -ae?) inf. — GL. PHILOX. 230, 1, 35 -a: μελόζ. — GL. PLAC. 28, 2, 16 «medullitus capti», usque ad penetralia -a detenti.

medullitus - *-uli* - EP. LANG. 695, 20. — Confund. cum *mellitus*: GL. PHILOX. 230, 1, 36 -s: ἡδονικώτατος. — PAUL. DIAC. FEST. 110, 37 -s, ex intimis medullis.

megalesia - PAUL. DIAC. FEST. 112, 7 -a ludos Matris Magnae appellabant.

megistus - gr. μέγιστος, maximus: ANAST. APROC. Ep. 659 C 4 ego igitur exiguus memoriam iustorum illorum et praecipue Maximi revera -i (hoc enim Maximus nomen insinuat) sermone meo in praesentiarum facere volens.

megratio - v. *A2 migratio*.

mehercules - PAUL. DIAC. FEST. 112, 10 mecastor et -s iusiurandum erat, quasi diceretur, ita me Castor, ita me Hercules, ut subaudiatur, iuвет.

mel - gen. sing. -i AN. EX DIV. 140, 24.

mela - v. *Lx* et *A2 malum*.

melancoryphus - PAUL. DIAC. FEST. 111, 28 -i genus avium, quae latine vocantur atricapillae, eo quod summa earum capita nigra sint.

melandrea - PAUL. DIAC. FEST. 67, 8 elacacena genus salsamenti, quod appellatur vulgo -a.

melestia - v. *A2 molestia*.

melia - PAUL. DIAC. FEST. 111, 25 -a hasta a ligno mali dicta.

melicus - PAUL. DIAC. FEST. 111, 20 -ae gallinae, quod in Media id genus avium corporis amplissimi fiat, L littera pro D substituta.

melior - *-liosibus* PAUL. DIAC. FEST. 323, 5. — Nom., sing. masc. -iorem LEX ROM. RAET. 407, 7, fem. -iora AN. EX DIV. 148, 25, neutr. -ior MON. NEAP. ARCH. IV, a. 1018, 122, 23, acc. fem. -iore LEX ROM. RAET. 416, 19, neutr. -iorem inf. — PAUL. DIAC. FEST. 109, 3 mel-tom -orem dicebant. — Sanus, transl.: PAUL. DIAC. EXP. 159, 2, 40 illis consentiendum est, qui saniozem idest -iorem consilium eligunt. — Nota locutt., *per -iorem rem habere alqd*, id optimum putare: LEX ROM. RAET. 317, 5 advocati per iniquam cupiditatem de eorum res, cuius causa agent, quod ipsi per -iorem rem habent, aut de terris aut de mancipiis, cartam ad eos querunt; *creocere in -ius*, progredi, progressus facere: PAUL. DIAC. EXP. 126, 2, 38 prius debet legere ille infans qui peius sapit, deinde qui melius; et post haec, crescendo in -ius, in ultimo debet legere abba.

melioratio - refectio in melius: IOH. XII 1035 C 3 concedimus atque confirmamus vobis ... inconvulse detinendum omne quod qua indiget -e seu defensione; de rebus cura emphyteutici melioratis: MON. NEAP. ARCH. IV, a. 1017, 107, 34 potestatem abeamus vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio illos (*scil.* fundos) abrenuntiare cum omni sua -e: al.

melioro - de rebus, in meliorem statum redigere: CARTM. 596, 2, 22 domne abbas, trade ... ad Iohannem unam petiam de terra ... ut per eum sit -ata et non peiorata: MON. NEAP. ARCH. I 2, a. 976, 245, 12 que apud vos fuerit -atum vel factum edificium sub estimatione pretii nos vobis restituere placitabimus de colludio; de hominibus, in melius vitae condiciones mutare: CASS. VAR. 33, 34 dubium quippe non est, servos

posse -ari, qui de labore agrorum ad urbana servitia transferuntur: CONCORD. 252, 32 credimus ... ut dum servos, qui bene serviunt, -atos vidimus et remuneratos a dominis suis ... quanto magis debet fieri ... ut homo filium suum -are et remunerare possit.

mellifluus - transl., suaviloquens: BOETH. Phil. Cons. 27, 14 puro clarum lumine phoebum / -i canit oris Homerus: CASS. Inst. 54, 8 utiles etiam sunt ad instructionem ecclesiasticae disciplinae memorati sancti Ambrosii de Officiis -i libri tres: RATH. Prael. 210 C 10 senex es? Gaude in Domino ... quia iam prope est ... portus, si tamen es ... virtutibus comptus, si canitie venerabilis mentis, si venustate -us oris; in imag.: VITA APIAN. 322, 1, 18 Appianus ... divinum non cessavit eructare eloquium et indefessae praedicationis imbrem spargere -um.

mellitus - v. *A2 medullitus*.

melloprinceps - qui proxime princeps futurus est (gr. μέλλω et princeps): PASS. PROC. 303, 2, 62 Apostolis custodiendis deputati milites multi, inter quos erant duo magistriani -is, Processus et Martinianus.

melodia - concentus, melos: CASS. Inst. 11, 49 veluti si quis -ae compositor propter utilitatem peregrini soni alias chordas plectro discursat, aut super eas, quae sunt, alias adiciat.

melopia - v. *A2 melopoeia*.

melopoeia - -pia inf. — GL. BER. 361, 10 humane musice septem divisiones facimus ... septima in -pias id est in habitus effecte modulationis.

melota - acc. sing. -a inf. — PAUL. DIAC. Exp. 145, 2, 24 scapulare dicit illud quod grece scima vocant, cum quibus capita tegunt, ... ad cuius similitudinem videtur esse illud quod nos -a vocamus.

meltom - PAUL. DIAC. Fest. 109, 3 -m meliorem dicebant.

melum - acc. pl. -as MON. NEAP. ARCH. IV, a. 1019, 126, 20.

membrana - -mvr- MON. NEAP. ARCH. I 2, a. 961, 94, 13. — Sing., nom. -um inf., gen. -i inf. — GL. PHILOX. 230, 1, 40 -um: ὑμήν: 230, 2, 1 -a: διφθέρα, σομάτια. — Pergamena: MON. NEAP. ARCH. I 2, a. 971, 203, 8 dedi et tradidi tibi et una chartula -i scribta pro tua et de tuis heredibus salbatione; -a *epistolaria*, epistola in pergama conscripta: MON. NEAP. ARCH. I 1, a. 935, 83, 19 sunt nominatibe memorate chartule prima venditione in -a epistolaria scripta, quam fecerunt Ursinasus clericus ... et Ursoaldus.

membranaceus - -ci- inf. — E membranis confectus: CASS. Inst. 29, 23 epistulam Iacobi apostoli ... vobis in -io codice scriptam reliqui.

membranacius - v. *A2 membranaceus*.

membranum - v. *A2 membrana*.

membrum - -nb- COD. CAR. 445, 6. — Acc. sing. -o IOH. ARCHIC. 213, 16, -u inf. — -a *egerere*, parere: ENN. Hymn. 23, 68 fons dicta clausus accipit, / fons -a clausus egerit: / nec rima cessit arctior, / et vera proles emicat. — *Per -a*, membratim: CASS. Inst. 48, 21 si corpus nostrum indiget per -a cognosci, cur lectio cum suis partibus videatur confusa delinqui? — Transl., de sanctis: BEN. Mir. Cyr. 336, 2, 15 in capite Martyris Christi, qui fuit -um de ipso Capite, potentialiter et ineffabiliter operatus est Dominus; -a *Satanae, diaboli*, de scelestis: GREG. M. Mor. 614 C 7 quis nesciat quod eiusdem Satanae -a sunt omnes, qui ei perverse vivendo iunguntur? : PAUL. DIAC. Exp. 13, 2, 39 dixit «pii» ad separationem illorum qui crudeles sint, veluti est diabolus et omnes iniqui qui sunt -a ipsius; de monachis, qui eiusdem monasterii sunt: PAUL. DIAC. Exp. 117, 2, 33 omnia -a erunt in pace, idest omnes (*scil.* monachi) in concordia erunt. — In arte rethorica, de colis et commatibus: CASS. Inst. 48, 20 dictionem sic per -a dividere, ut suis partibus considerata pulchrescant.

memini - 2a pers. sing. -is ROMAE INSCR. I, 473, 3906, 4.

memor - -ōr RESURR. 86. — *Mali -r*, mali cultor (cf. BLAISE 1): ANAST. Vita Ioh. El. 503, 2, 14 nuntiatum est igitur, quod ille mali -r malitiam reservaret et non rectam erga Beatum hunc voluntatem haberet. — Seq. *ut* cum coni.: PAUL. DIAC. Hist. Lang. 100, 19 utere eo (*scil.* imperio) felix, -r semper, ut aequitate et iustitia delecteris.

memorabiliter - laudabiliter: SACR. GEL. 140, 17 Deus, ... Gervasius et Protasius -r epulantur, cum pariter et in celis pane satiantur angelico et pro eorum recordatione solemniter divinis ecclesia tua pascitur alimentis.

memorandum - instrumentum quod redigebatur, ut posteris donationis vel stipulationis notitia perferretur: MON. NEAP. ARCH. IV, a. 1011, 53, 14 hoc -um firmum stetis (*sic*) nobis quatenus licentiam et potestatem abeamus ... abere at laborandum ... memoratum campum vestrum.

memoratio - memoria: BOETH. Diff. top. 1208 A 2 partes enim rhetoricae sunt quinque, inventio, dispositio, elocutio, -o, pronuntiatio. — *Piae -is*, de defunctis: EP. LANG. 705, 2 sua protulit monumenta ... piae -is decessoris nostri

pape Pellagii auctoritate facta. — Nota locut. *commemorare -em*, alqm in precibus commemorare: CHRON. ALT. 8, 13 deprecor te, presbiter Dei, ut parva ecclesiola edificata (*sic*) ad meum honorem; conmemora -em nocturnam et diurnam.

memoratorius - *-um*, subst., instrumentum quod redigebatur, ut posteris donationis vel stipulationis notitia perferretur: MON. NEAP. ARCH. IV, a. 1019, 128, 3 -um factum a nobis ... eo quod ante subscripti idoneis hominibus coniunti sumus ad combenientia ... pro dibiendum ... rebus illis que est infra in civitate nucerina.

memoratus - sing., nom. masc. -o MON. NEAP. ARCH. I 1, a. 936, 86, 4, -os I 1, a. 927, 43, gen. -u I 1, a. 912, 17, 3, dat. fem. -a I 1, a. 934, 77, 17, acc. masc. -o I 1, a. 931, 54, 3, acc. fem. -a I 1, a. 936, 87, 11, pl. acc. fem. -es I 2, a. 956, 43, 19.

memoria - *mae*- CAP. INSCR. 4536, 1, *mi-ROMAE* INSCR. I, 452, 3998, 3. — Nota locut. redund.: RATH. Prael. 214 B 9 conscientia pravitatis tangat -am cogitationis et plangens quod te fecisse recolis. — Mentio: ANAST. APOCR. Ep. 664 C 10 per vos totam sanctam ... Dei catholicam et apostolicam saluto ecclesiam, postulans mei peccatoris ... -am fieri in sanctis ad Deum directis orationibus vestris. — *Bonae, venerabilis -ae*, de defunctis: CREM. INSCR. 4117, 1 bon(ae) mem(oriae) Atula: VITA LEUC. 672, 20, 12 idemque venerabilis -ae Antiochus iussit construere ecclesiam in nomine eius (*scil.* sancti Leucii); *gloriosae -ae*, de regibus: CASS. Var. 236, 2 scimus animum vestrum de obitu gloriosae -ae domni avi nostri acerbo dolore fatigari: 241, 31 in expetendis quoque honoribus apud gloriosae -ae Theodoricum, principem regum, mea vobis saepe vota coniunxi — Officium pro mortuis: ANAST. Vita Ioh. El. 508, 1, 66 vere, frater, nos audivimus quod mortuus esses, et -am tui faciebamus ter in anno. — Meton., de tempore, *in -am aeternam*, in aeternum: PASS. MARTINAE 13, 17, 21 martyres ... per proprium sanguinem gratiam Dei sibimetipsis in -am aeternam instruxerunt. — De mortuorum reliquiis: PASS. RUF. 820, 1, 18 qualiter reperta fuerit -a B. Rufini confessoris in Capuana civitate ... dicere non pigebit.

memorialis - *-is*, subst., sensu lato: DION. Gr. Nyss. hom. 360 A 5 Salomon ... testatus est ... quae sit latitudo illa capacitatis intrinsecus, in quam cuncta conflunt quae funduntur auditu,

qui sunt illi -es qui introeuntium sensuum monumenta conscribunt.

memorioso - PAUL. DIAC. Fest. 112, 4 memoriosus memoriosior et memoriosius et -issime facit.

memoriosus - GL. PHILOX. 230, 2, 3 -us: μνήμων. — PAUL. DIAC. Fest. 112, 4 -us memoriosior et memoriosius et memoriosissime facit.

memphiticus - adi. a Memphis: RATH. Opusc. 471 B 2 cum -i de manibus tyranni ... suum liberare diutissime afflictum misericorditer disponeret Dei pietas populum.

memvrana - v. *A2 membrana*.

menaciae - v. *A2 minaciae*.

menbrum - v. *Lx* et *A2 membrum*.

mendax - *-issimus*, de diabolo: RATH. Prael. 153 C 5 quod ita esse etiam ex ipsius -issimi, per Bartholomeum apostolum vi divina torti, patet confessione, sicut in eiusdem sancti legitur passione.

mendicus - adi.: PAUL. DIAC. Fest. 112, 2 -um velum, quod in prora ponitur. — Subst.: PAUL. DIAC. Fest. 155, 4 -um dici Verrius putat a mente eius, quam fefellerit fortuna, vel quod precetur quemque, ut vitae suae medeatur cibo.

menenca - v. *A2 meninga*.

menianus - v. *A2 minianum*.

menime - v. *A2 minime*.

meninga - *-nenca* inf. — GL. PLAC. 28, 2, 27 -nenca in cerebro membrana quaedam vel pars cerebri; est autem graecum.

meno - *mi-* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 23, 18 agasones equos agentes, idest mi-antes. — Ducere: LEX ROM. RAET. 411, 13 oblatus actio furti est, ut si aliquis alterius caballum super convenienciam ipsius longius mi-erit, quam inter eos convenerit. — Curare, agere: LEX ROM. RAET. 318, 7 quicumque ... causam alterius -are voluerit ... ipsius mandatum presentet: 322, 1 si filii aliquid contra testamentum parentum suorum causare voluerint, infra quinque annus ipsa causa -are debent. — *In angarias -are*, angariis submittere: MON. NEAP. ARCH. II, a. 994, 130, 19 promittimus nos ... ut non abeamus licentia aliquando tempore memorati germanis aut suis heredibus eis -are in agarias (*sic*). Cf. et *Lx mino*.

menomena - ANAST. Vita Ioh. El. 505, 2, 1 restes siccatorum piscium, qui -ae dicuntur.

mens - *mi-* ROMAE INSCR. V, 17, 12957, 4. — CASS. an. 1282 B 8 -s autem dicitur ἀπὸ τῆς μῆνης, id est a luna, quae licet varia vicissitudine commutetur, quadam se tamen in id quod fuit, perfecta novitate restituit. — Nota

locut. redund. *spiritus -is*: RATH. Prael. 218 A 3 suggerendo admoneo ... ne inveteratus dierum malorum rite vociteris, dies tuos, iam rogo, ut dimidiare, dum vales, studeas et spiritu -is renovari contendas. — In lusu verborum: PETR. SUBD. Chron. 160, 4 (episcopus Ephevus) pulcher corpore, pulchrior -e, plebi Dei sanctissimi praefuit et fideliter ministravit. — Abl. -e cum adi. pro adv.: CASS. Var. 10, 26 salutationis honorificentiam praefereutes, prona -e deposcimus, ne suspendatis a nobis mansuetudinis vestrae gloriosissimam charitatem: VITA LAUR. 61, 2, 39 puella quaedam ..., cadivae vesaniae indepta, ... coram omnibus effrenata -e in terram corrui. — Nota locutt., *ad propria -e revēnre, in -em redire*, ad sanitatem mentis redire: LEX ROM. RAET. 410, 9 iste (*scil.* furiosus), cum inter impetus ad propria -e revenerit, testamentum facere potest: ANAST. Vita Ioh. El. 512, 1, 68 post aliquantas vero horas in -em rediens is qui patiebatur. — De Christo: ROMAE INSCR. II, 13, 4114, 1 via vita salus sapientia -s mores ... omnia Christus; *hostis -ium*, de diabolo: ENN. Hymn. 11, 68 perdente vires corpore / res fixa constat laureis; / sublimat hostem -ium, / qui vota membrorum fecit; *filius -is*, de discipulo: RATH. Prael. 199 C 3 «salvabitur per filiorum generationem» (I Tim. II, 15): ubi non filios carnis, sed filios -is accipe expressos; *canities -is*, de aetatis maturitate: 210 C 9 senex es? Gaude in Domino ... quia iam prope est, quo tendere videris, portus, si tamen es serius, ... si virtutibus comptus, si canitie venerabilis -is.

mensa - *mes-* ROMAE INSCR. II, 138, 4794, 11. — PAUL. DIAC. Fest. 18, 8 adsidelae -ae vocantur, ad quas sedentes flamines sacra faciunt; 112, 6 -a frugibusque iurato significat per -am et fruges. — *Sancta -a*, altare, sensu Christ.: ANAST. Vita Bas. 301 C 10 Basilius ... columbam de auro mundissimo ... suspendens super sanctam -am, instar sanctae illius columbae quae apparuit in Iordane Domino baptizato: ANAST. Vita Ioh. El. 508, 2, 23 posuit subts sanctam -am ligaturam quantitatis auri Patriarcha in oratorio cubiculi sui et synaxim fecit statim perfectam super eam pro illo qui hanc obtulerat. — Transl., de Eucharistia: DION. Coll. 234 A 5 a dominicae ... -ae convivio segregentur, ut hac saltem districtione correpti et ipsi in se sua errata castigent et aliis exemplum tribuant; -a *caelestis*, ead. signif.: SACR. GREG. 35, 5 sanctificet nos, Domine, qua pasti sumus, -a coelestis: SACR. GEL. 116, 14 tribue nobis, Domine, cęlestis -ę virtute satiatis et desiderare quę recta

sunt et desiderata percipere; de vita aeterna: GUMP. Venc. 215, 43 -ae coelestis convivia prae omnibus esuriens, non tantum epulas refutavit illicitas, verum etiam profana convivarum.

mensalis - *-e*, subst., linteum mensae vestiendae: RATH. Opusc. 525 A 13 vestibus non comitur, calceamentis turpatur, scammalia non quaerit, -ibus indiget.

mensarius - PAUL. DIAC. Fest. 112, 1 -i nummulari.

mensio - in arith., divisio (cf. THES. s.v.): BOETH. Inst. ar. 1093 D 4 his vero contra se positus, id est primo et incomposito et secundo et composito ... alius in medio consideratur, qui ipse quidem compositus sit et secundus et alterius recipiens -em.

mensis - *mes-* ROMAE INSCR. I, 183, 2, 27: MON. NEAP. ARCH. I 1, a. 820, 7, 12: inf., *menss-* ROMAE INSCR. II, 124, 4755, 5: al., *mess-* II, 45, 4226, 8: al., *min-* I, 337, 2687, 4 al., *ne-* (fort. perper.) II, 53, 4264, 2. — Sing. gen. -i MON. NEAP. ARCH. I 2, a. 952, 27, 4; pl., acc. -esi ROMAE INSCR. I, 452, 3698, 4, -esis NEAP. INSCR. X, 1540, 3, -is ROMAE INSCR. I, 204, 1631, 2, gen. -um KAL. LEON. 339, 17, -uum CASS. Inst. 141, 3: IOH. VIII 214, 3, -orum ROMAE INSCR. II, 74, 4394, 4: al., -eserum I, 456, 3740, 4. — CASS. Inst. 151, 7 Varro ... commemorat ... totius anni circulum menstruali numero fuisse partitum, unde et ipsi -es, quod annum metiantur, edicti sunt: GREG. M. Mor. 811 C 4 8 -ium ... nomine dierum collectio et summa signatur. — Nota locut. *per -em*, singulis mensibus: CASS. Var. 51, 11 decernimus ut alterum solidum per -em supra memoratus equorum moderator accipiat, quod publicis debeat rationibus imputari: PAUL. DIAC. Exp. 124, 1, 31 per -em, prout viderit magister illorum, debent illi infantes in pratum vel in aliquo loco deduci.

mentor - CASS. Inst. 151, 2 geometria Latine dicitur terrae dimensio, ... cuius disciplinae magistri -es ante dicebantur.

menorium - lanx: CASS. Hist. 1178 A 8 rursus Herodias vesanit ... denuo saltat, denuo caput Iohannis in -o concupiscit accipere.

menssis - v. *A2 mensis*.

menstruus - *-um*, subst., de pensione menstrua, nota locut. *aequalitatem -i habere*, idem -um habere: CASS. Var. 32, 23 ne posthac ulla possit iterum furiosa contentio provenire, Heliadius de medio ... introeat, habiturus aequalitatem -i cum ceteris partium pantomimis.

mensularius - GL. PHILOX. 230, 2, 10 -us : τραπεζίτης.

mensura - *-ria* MON. NEAP. ARCH. II, a. 997, 163, 19, *rie* IV, a. 1019, 128, 22. — Spatium: DION. Gr. Nyss. hom. 384 B 5 Deus ... ad creationem hominum -am quoque temporis ante disposuit. — In imag.: PETR. Pis. Gramm. 160, 16 littera appellatur ... parvula, cum syllabarum glutine paulatim graditur, et puerula, cum pedum -is crescit.

mensurate - accommodate: IOS. FL. Apion. 78, 4 -e iter semper arripere: CASS. ps. 494 D 2 ille (*scil.* Deus) ... competenter et -e facit omnia; sed nos tardum putamus, quod desiderio magno requirimus. — Moderate: CASS. Var. 137, 8 probatae fidei virum praecipimus destinare, ... quatenus -e conferatur quantitas beneficii, dum modus integer cognoscitur laesionis: ANAST. Vita Bas. 298 B 2 qui (*scil.* Basilius et Eubulus) pane et aqua, secundum consequentiam quae ab ipsis tenebatur, -e perceptis, gratias egerunt Deo.

mensuratus - moderatus: CASS. Var. 326 24 vir ... verborum proprietate distinctus, senilis iuvenis, altercator suavis, -us eloquens.

mensuria - v. *Lx* et *A2 mensura*.

mentio - GL. PHILOX. 230, 2, 12 -o: ἀνάμνησις.

mentior - act. more: LEX ROM. RAET. 334, 10 quicumque homo ad ... iudicem suggesserit et -it ad ipsum iudicem ... in exilium mittatur. — CASS. ps. 135 D 10 -iri est contra mentem loqui et illud lingua promere, quod unumquemque constat in animo non habere. — Seq. *quoniam* cum coni.: IOS. FL. Apion. 140, 4 deinde sunt -iti, quoniam exinde propter cladem corporis sint expulsi.

1 mentum - GL. PHILOX. 230, 2, 14 -um : γέν<ε>ιου. — PAUL. DIAC. Fest. 132, 17 manum et -um proverbium est ex Graeco ductum, quod est πολλὰ μεταξὺ <πέλει> κύλικος καὶ χεῖλεος ἄκρου.

2 mentum - PAUL. DIAC. Fest. 112, 3 -um dicebant, quod nos commentum.

menus - v. *Lx* et *A2 minus*.

meraria - GL. PHILOX. 230, 2, 15 -a: γευστρίς.

mercatio - de commutatione mercium: CASS. Var. 105, 4 praesentibus decernimus constitutus, ut Alamannorum boves, qui videntur pretiosiores propter corporis granditatem, sed itineris longinquitate defecti sunt, commutari vobiscum liceat, minores quidem membris, sed idoneos ad labores ... Ita fit, ut ... in -e utrique videamini desiderata compendia percepisse.

mercatus - ius mercatus sive nundinarum: RATH. Opusc. 599 B 15 concedimus etiam, imo reddimus ei -um in festivitate S. Zenonis vel in ramis palmarum.

mercedituus - PAUL. DIAC. Fest. 111, 18 -um mercennarium, quod mercede se tueatur.

mercedonius - PAUL. DIAC. Fest. 111, 15 -os dixerunt a mercedem solvendo.

mercenarius - *-nn-* CASS. Inst. 20, 4: GL. PHILOX. 230, 2, 21: PAUL. DIAC. Fest. 111, 10: inf. — Subst., transl., de malo episcopo: IOH. VIII 217, 9 episcopum consecravimus dedimusque vobis pro invasore illo istum pastorem, pro -nnario ignavo providum satis rectorem.

mercennarius - v. *A2 mercenarius*.

1 merces - *-cid-* CAP. VIRCEB. 306, 13: inf. — Sing., nom. -is MON. NEAP. ARCH. I 2, a. 964, 119, 3: inf., acc. -e ROMAE INSCR. I, 3847, 11, pl. acc. -cidis MON. NEAP. ARCH. II, a. 996, 146, 17. — De remuneratione divina: ANAST. Vita Bas. 298 A 15 absque invidia Dominus excellens bonitatem aequalem his, qui circa undecimam horam venerunt, -em dat: Vita Ioh. El. 507, 1, 46 debemus de facultatibus nostris dare ... pauperibus, ut recompensationem recipiamus a iusto et -um redditore Deo: MON. NEAP. ARCH. II, a. 991, 109, 15 in memorata ecclesia ... officium sacerdotalem facere debeas ... ut apud Deum tibi -is atrescat; remissio peccatorum: MON. NEAP. ARCH. I 2, a. 963, 114, 6 pro Domini amore et -e anime nostre offerimus et tradidimus ... venerabili igumeno ... portiones nostra ex integra terra: IV, a. 1005, 27, 5 pro -e et salvatione anime nostre quam et de parentibus offeruimus nos una petia de terra. — Meton., res alcis favore facta: CASS. Var. 281, 23 dignus locus est, qui et gloriosam -em nostram et senatus amplissimi laudabilia decreta contineat. — Nota locut. -em *elaborare*, laborando -em mereri: RATH. Prael. 173 B 11 si digne eamdem -em non elaboraveris, in supplicio componere exigeris, ubi scilicet deerit auxilium fideiussoris.

mercimonium - in imag.: RATH. Prael. 308 C 11 lucra captantur terrena, unde animarum solummodo congeri debuerant -a.

mercis - v. *Lx* et *A1 merces*.

mercor - transl.: RATH. Prael. 203 C 4 invenies quoque eiusdem aetatis miseros, post remissum originale peccatum, propriis meritis -atos infernum; cum praep. *sub*: CASS. Var. 4, 10 petentibus praestando gratis sub continentiae munere cuncta -aris.

merenda - PAUL. DIAC. Fest. 111, 4 -am antiqui dicebant pro prandio, quod scilicet

medio die caperetur; 51, 23 «Cyprio bovi -am» Ennius (var. 26) sotadico versu cum dixit, significavit id quod solet fieri in insula Cypro, in qua boves humano stercore pascuntur.

merens - *-rie-* ROMAE INSCR. IV, 9935, 4. — Gen. sing. *-i* OST. INSCR. 1925, 3.

mereo - *-uerid* MON. NEAP. ARCH. IV, a. 1011, 51, 28.

meretum - v. *A2 meritum*.

mergae - PAUL. DIAC. Fest. 111, 6 -ae furculae, quibus acervi frugum fiunt, dictae a volucris mergis, quia ut illi se in aquam mergunt, dum pisces persequuntur, sic messores eas in fruges demergunt, ut elevare possint manipulos.

mergo - in imag.: CONC. ROM. 826, 555, 4 ne denuo quispiam ... tanti piaculi ... mole oppressus in precipitium incidat aut voragine -atur iniquitatis: PETR. SUBD. Iul. 880, 18 noli ... te tuamque progeniem in barathrum mortis -ere et perditionis.

meridies - transl.: RATH. Prael. 189 A 7 libellum hunc aggredior modicum ... cum scilicet ab infantiae crepusculo in hunc aetatis fere deductus -em, caecam adhuc casuum diversorum patiar noctem.

meriens - v. *A2 merens*.

meris - *-rissis* MON. NEAP. ARCH. IV, a. 1018, 114, 4: inf. — Acc. sing. *-rissis* MON. NEAP. ARCH. II, a. 994, 132, 29.

merissis - v. *A2 meris*.

meritorius - *-um*, subst.: GL. PHILOX. 230, 2, 33 -um: ξενοδοχείον.

